

subditus vel fidelis in partibus Londre et Anglie accipiet in credencia aliquas mercationes ab aliquib. subditis dni regis Anglie et dictus talis non faceret solutiones suas, quod alii nri cives non molestentur ob hoc, quia iniustum est, q. unus pro alio debeat pati pena, quia sic observatur in omnib. partib. mondi, et q. idem dns rex dignetur facere publice proclaimari in locis suis solitis q. si aliquis subditus suus dabit mercationes suas in credencia alicui veneto vel subdito cōis venetiar. et dictus talis non solveret, q. dicto tali subdito regio occasione pdicta non ministrabitur justitiam c̄fa aliquem venetum nec subditum cōis Venetiar. sed solum contra debitorem et bona sua.

It. quia habes deinde certa tua negotia expedire volumus et sic espresse vobis comittimus q. sub. debito sacramenti et sub pena incurrendi indignationem n̄fi dnii, nullo modo debeas procurare negotia tua propria, nisi prius videris conclusionem negotior. nror. tibi commissor.; facta autem conclusione sup. negotiis tibi commissis, sumus contenti et sic p. p̄ntes tibi concedimus q. ultra terminum superius limitatum possis stare ad solicitandum et procurandum negotia tua diebus octo et non ultra.

Fecimus tibi consignari aliqua exenia portanda s̄nissimo dño regi et certis aliis dnis Anglie et ppter ea tibi mandamus quat. dicta exenia tam dicto dño regi quam aliis dnis pdictis presentare seu presentari facere debeas n̄fo nomine subito cum in Londra applicueris.

Et quia quedam navis cuius erat patronus Antonius Faxolo civis n̄f in qua erant onuste aliquae mercationes n̄for. civium ex̄ns in porto Melacii regie majestatis Sicilie, fuit p. quandam galeam ex̄nitem ad servicia S̄nissimi dni regis Ludovici, que in dicto portu erat, hostiliter capta, cum auxilio unius coche de Messana que ibi erat, et ultra hoc permisit res et mercationes depredatas vendi in Messana prout p. continentiam literar. n̄far. quas dño rege Sicilie et suo stratico Messane scribimus, et ear. copiam tibi dedimus, vides distinctius contineri et ppter ea tib. committimus quod cum applicueris Messanam cum nris literis credulitatis, comparere debeas coram dicto stratico Messane et ei exponere novitatem pdictam ac ostendere cum illis verbis, que tue sapientie videbuntur, quantum dicta violentia et preda fuerit et sit nobis displicibilis et molesta et p. omnem modum et viam possibilem procurabis apud stratico pdictum de habendo satisfactionem et restitutionem danni pdicti et id quod habebis debeas nobis per tuas literas denotare.